



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 132. De bonis traditis in villa Bathedi in pago Auga.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

§. 129.

Tradidit uualdger pro anima fratris sui ghuntbert in uilla dicta *hastenhuf* (A) mansum unum cum familia halec marlati testes albmer liudric *beriman bardo* et alii quatuor.

gubernante Corbeiam Warino.

§. 130.

Tradidit albe pro anima geldulfi et anima uiri sui nomine *deddi* et filii sui *folchardi* quidquid iure hereditario possederat in *bernhardeshufun* (B) in campis et siluis aquarumue decursibus testes huius traditioni assistentes frederic afuco milo uualdbern hildibern et alii decem quos causa breuitatis obmitto.

§. 131.

Tradidit gerhheri pro anima hauuardi in uilla *uuigredeshuf* (C) quidquid ibi habuit testes marcuuard maynheri uuighard bennic.

§. 132.

Tradidit eiluuer quidquid habuit in *bathedi* (D) coram testibus his *beuo uolcuuerc eyo esi alsuuard* et alii XV.

§. 133.

Tradidit *esic comes* (E) res proprietatis suae quas sibi dominus impe-

Registrum MS. Sum Bonorum Abb. Corbeiensis. Pagum *Aringho* fuisse positum in regione urbis Alfeldiae ad Leinam flumen in episcopatu Hildesheimensi, et castrum desolatum Hoinboken, demonstratum sumus infra in notis ad §. 214. Intelligimus ergo per *Dutbungun* villam vicum *Dujen*, vix iter unius horae a castro Hoenböken sito in Principatu Wolferbutelano distantem. Olim a vico *Dutbungun* nobiles quidam appellati sunt *de Dudingun*. Ipsi fuerunt ministeriales corbeiensis, qui inter cetera in feudo habuere ab ecclesia Corbeiensis sitos in vico Alforde quinque mansos, quos Hartmannus ac Wulbrandus fratres de Dudingun oppignorarunt monasterio S. Mariae Carthus. ordinis ante urbem Hildesiam anno 1409, quosque reemendi facultas concessa est abbati Corbeiensis, mortuis eisdem dominis de Dudingun eorumque masculis heredibus, uti diploma, quod ad manus est, adprobat: vltimus vero dominorum de Dudingun naturae concessit anno 1502, testante Io. Lertzner in *Chronico Dassel.* Lib. IV. p. 195.

- (A) *Hastenhuf* in Registro nostro ponitur in pago *Thiadmelli*. Locus hodie dicitur De villa *Harste*, situs in comitatu Lippiensi. De pago *Thiadmelli*, ac de *Waldgero*, qui mansum in villa *Hastenhuf* donauit, vide infra §. 190.
- (B) De *Bernhardeshufen*, villa pagi *Hlisgo*, atque de *Albe*, *Deddi* ac *Folchardo*, vide supra §. 112. not. (O).
- (C) *Wigredeshuf* erat in pago *Logne* villa. *Logne* pagus reperiebatur in principatu *Göttingensi*. *Wigredeshuf* ergo dicitur nunc *Wiershausen*, intra praefecturam *Mündensem* locus.
- (D) *Bathedi*, villa, postea dicta est *Bathe* et *Bade*, olim villa, testante Registro nostro, in pago *Auga*. Dudum vero ea desolata est. Xenodochium Sancti Spiritus, Huxariae obuium, hos quatuor mansos possedit. Quondam haec villa exstitit in diocesi Corbeiensis in saltu S. Spiritus, vulgo dicto *das heilige Geist-Holtz*, inter *Reheteich* et *Mittelborn* loca.
- (E) Magnus hic differendi campus pateret, si iusto copiosioribus nobis esse liberet. Cardinem rei hic verti in diplomate imperatoris Hlotharii, cuius iam supra §. 110. et 126. mentionem inieimus, quilibet facillime perspiciat. Producemus

H h

ergo